

TRACTATUS
D. PETRI ANTONII
DE PETRA, PLACENTINI,
J. C. EMINENTISSIMI,
AC SUMMI PRACTICI, IAM
DVODVM ET NVNC DIGNISSIMI
PRÆSIDIS EXCELSI CONSILII
PLACENTIÆ.

De Fideicommissis, & maxime exprohibita aliena-
tione resultantibus.

*Opus ubi insignes & præcipuas alias iuris civilis de probationibus, legitimatio-
nibus, possessionibus, dominiis, sumtibus &c. materias,
admodum utile & practicabile.*

PRIORI EDITIONE ET EMACVLATIVS
& auctius.



FRANCOFVRTI
E. Libraria Musarum Palthenianarum Officina.
M. DC. III.



MAGNIFICO, VIRTUTVM
AC DOCTRINARVM NOBILL
TATE AMPLISSIMO VIRO, DOMINO

ANDRÆ KNICHEN I. C. ET IN AVLA

Ferratiensi Thuringiorum Cancellario dignis-
simo, Mæcenati & Patrono suo.

S. P.



Es placituram tibi esse Magnifice Dn. Can-
cellarie, Mæcenas Optime, hanc nominis tui
incltyti inscriptionem valde suspicer, (Nouie-
nim in appetendo honore modestiam & diligenter
tuā) attamen cū propensa tua voluntas, huma-
nitas, beniuolentia in me, quam verbis depra-
dicare satis condigne non possum, gratiarum a-
ctionem desiderare summopere videantur: vo-
lui omnino. Excellentie Tuae, vt aliqua ex parte

meum in te testari animū, significareq; voluntatem commode valcam,
meum hunc Antonium de Petra, cura nostra emaculatum, veluti lite-
rariū munus non ingratum forte futurum, nō auro gemmisq; pretiosum,
sed quale summo Sapientia Antistiti, & Iuris viriusque Coryphæo, of-
ferri, d' cari aut consecrari consuevit, submisisse litare. Quo nomine sanc
tanto pluris æstimandum, quanto sapientia auro gemmisq; pretiosior est.
Quod si studiis, laboribus, & curis nostris, quibus quotidie maiori rerum
nostrarum cum iactura & dispendio, quam compendio premimur, sed
non opprimimur, nēdum

Philosophum sicut dicitur singulare animi,

vt cum Homero loquar, succumbimus, otium, tranquillitasq; paria su-
erit, atque vixit qd' otium dicitur, l'etitia dicitur, speramus & pollicemur, alia tibi
longe digniora atque præsantiora, quorum sumus æstimandus, consecraturus
nos esse. Vale Francofurti E meo Paltheniano, Calend. Septembris,
M. DC. II.

T. Ex. colens

Zacharias Palthenius D.



D. PETRI ANTONII
DE PETRA I. C.
PLACENTINI

Tractatus De Fideicommissis,

ET SIGNANTER EX PROHIBITA ALIENA-
TIONE RESULTANTIBVS,

Opus admodum utile, necessarium & practicabile.

P R Æ F A T I O.

S Y M M A R I A.

- 1 Tractatus utilitas propter frequentiam.
- 2 Quotidie disputatur super fideicommissis, plus, quam oportet.
- 3 Difficilis est fideicommissorum materia.
- 4 Propter modicam varietatem casus, variatur consultatio tota.
- 5 Varie scripsit Dec. & alii in hac materia.
- 6 Verba testamentorum precissima pars sunt ad cognoscendam voluntatem disponentis.
- 7 Reprehenduntur Moderni, sentientes contra consilia varie scribentes.
- 8 Iudicis arbitrium in hac materia quale esse debeat.
- 9 Pauci arbitrio Iudicis sunt remittenda.

FIDEICOMMISSORVM VSVS EST frequens & admodum, maxime in partibus Lombardie, ut etiam facientur moderni Mantuani. *confil. 226. no. 14. volum. 3.* sed nulla est materia, quæ frequentius versetur in hoc foro nostro, quam fideicommissorum, quæ ut plurimum trahunt originem ab expressa prohibitione de non alienando, in qua quotidie videmus & disceptari acerrime, & subtiliter admodum, & sepe plus, quam par sit. Propter quod tandem in animo meo conceperam quoddam recollectas meas ordinare pro mea, & communi amicorum utilitate, sed id peragere non valui. Nunc autem data aliquantulum otii commoditate, putavi desiderium istud explere, & ad actum deducere Deo Optimo fauente.

Et imprimis constat fideicommissum nihil aliud esse, quam rogationem & deprecationem quãdam, quam disponens facit erga eius heredem, circa bonorum suorum dispositionem (post eius obitum) ad alterius fauorem, & utilitatem. Unde merito Bal-

heredem huiusmodi rogatum vocat precatum heredem *in l. cum virum sub num. 27. C. de fideicom.* Et solet communiter formari per hæc verba, *Peto, Rogo, Volo, Mando, vel fidei tua committo, et inq. Imperator in §. fin. Instit. De singulis rebus per fideicom. relic. Synon. consil. 6. per totum, & alibi sæpe per scribentes legendo, & consulendo.*

Est autem hæc materia & valde difficilis, & nodosa, quia, nam ex prohibitione alienationis inducitur fideicommissum, res versatur in magno pelago, ut inquit post alios per eum citates *Purpurea. consil. 375. no. 14. ad fin. volum. 1.* & maxime, ubi agitur de fideicommissis absolutis, *Alia. consil. 54. in prin.* & quod res versetur in alto pelago, quando quaeritur, an ex prohibitione alienationis dicatur inducitur fideicommissum, tenet Dec. *consil. 637. in prin.* ubi addit, hoc esse propter varietatem casuum etiam modicam, & propter quam, ut ipse refert, is etiam vario modo consuluit, & alii scribentes, nam verba testamentorum & magnum pondus habent ad cognoscendum, quod est; ut post *Bald. Dec. decis. 155. num. 22. in fi.* Sed certe non solum propter casuum diuersitatem, is, & alii multa variarunt forte, & sibi ipsis parum constantes fuerunt, sed principaliter id ipsum contigit non propter auri & lactam famem, ut male senserunt quidam moderni, qui in maledicendo gloriam suis expetunt, & meliores ceteris videri volunt, sed propter materię difficultatem, quæ ut plurimum consistit in scrutanda voluntate disponentis, cum quo locuti non sumus, & vere solus Deus sit cordium scrutator, & quandoq; solam cortici verborum inhaerere voluerunt, modo mentem diuinentes, *l. in conditionibus primum locum ff. de condit. & demonstrat. modo verba secutantes, l. si alii fundus ff. de usufructu leg. a.* ut merito propterea Imperator dixerit, voluntatis quæstionum de sancti in aëstimatione iudicis esse, *l. voluntatis. C. de fideicom.* Unde